

_Lettera_N_2238

Dichiarazione per don Giuseppe Ronçail

*Datum Taurini, die 10 decembris 1875

Joannes Bosco,

Superior Generalis Salesianae Congregationis dilecto in Christo filio R. Iosepho Ronçail in Domino salutem. Cum tu de nostra licentia ob ministerii sacri exercitium nec non ad caritatis officia obeunda Nicensem dioecesim petiturus sis ibique mansurus; ideo pro tua utilitate et pro Ordinarii loci securitate libenti animo declaramus te esse nostrae Congregationis sacerdotem professum, bonis moribus praeditum; ad verbum Dei exponendum; ad fidelium confessiones utriusque sexus fidelium audiendas rite a pluribus Ordinariis approbatum; insuper in disciplinis

classicis, technicis, et gallicis tradendis publico diplomate munitum.

Quapropter apud benevolentissimum Petrum Sola hujusmodi dioecesis Episcopum humillime te commendamus, ut benigne te excipiat, tibi praecepta et consilia eroget, eas facultates et gratias spirituales tibi, novo hospitio a S. Petro dicto concedat, quemadmodum ad majorem Dei gloriam conferre melius judicaverit.
Joannes Bosco sacerdos